

ram multitudine aliqua faciat vel agat que sunt ad  
ignominia miserabiliter cōsumantia ex amore abie-  
ctionis et appetitu ignominie.

**De descensionibus contra superbiam  
debellandam.**

**Ca. lxiij.**

**N**unc ultimo ad thronū / vbi supbia sibi sedē  
collocavit / necesse est ascēiones disponere  
z inde ipsam supbiā vitiorū reginā ad modū  
Jezebel regine deorsum precipitare. Oportet autē  
cōtra eā ascendere p gradus hūilitatis. Quoz p̄m<sup>o</sup>  
ē / q̄ hō in veritate cognoscat seipm eē ifirmū: inopē  
boni / vitiosū / et si q̄s alios habet defectus: z non ele-  
uet se super se. **Q**z si interdū tēptatione vici<sup>o</sup> fecerit:  
seipm redarguat et castiget. **S**ed ab isto gradu  
retrahere nititur ascensorem duplex supbia: videli-  
cet carnalis et spūalis. **N**ā carnalis hominem deci-  
pit et suggerit ei / q̄ sit melior q̄ est in veritate ppter  
scientiam: ppter diuitias / ppter parentū dignitatē  
vel quodcūq̄ hmōi / et non pmittit hominē seipm z  
ppriā vilitatem in veritate cognoscere. **S**igna autē  
p q̄ istam carnalē supbiām in te vel in alio poteris  
agnoscere s̄m **C**assianum sunt ista. **I**nest primitus  
in loquela clamor: in taciturnitate amaritudo: excel-  
sus et effusus in leticia risus: irrationabilis ī severi-  
tate tristitia: in reprehensione rancor: facilis in ser-  
mone: verba passim sine vlla cordis gravitate erum-  
pentia: expers ois patientie: caritatis aliena: au-  
dax ad ptumelias irrogādas / ad tolerādas pusillani-  
mis: ad obediēdū difficilis: ad recipiēdā exhortatiōez

implacabilis: ad refecandas suas voluntates infirma  
semper suas diffinitiones statuere contendens: incapax  
consilii effecta. id est in omnibus suo potius credit quam  
seniorum consilio. **Et** autem hanc carnalem superbiam depri-  
mens ad primum predictum ascendas humilitatis gradum:  
necesse est: ut prius humilitatem veram fratribus tuis in-  
timo cordis exhibeas affectu in nullo acquiescens eos  
ledere vel contristare. **Item** ut continuo te exerceas in  
humilibus operibus et despectis officiis: ut puta in co-  
quine seruitiis vel necessariis: domum scopando vel  
scutellas lauando: humili et abiecto habitu tamquam pau-  
per incedas etc. **Item** humiles mores et verba habe-  
re: nouissimum locum eligere/vocabula iactantiae deu-  
tare/sicut vocari rabbi vel domine etc. et nihil omnino iactan-  
tie proponere. **Item** horam mortis nostre semper an-  
te oculos habere. **Hec** et his similia cum in consuetudi-  
nem venerint mentem ad humilitatem inclinant et tumorem  
eius deprimunt. **Est** autem alia superbia spiritualis quam mentem  
intumescere facit / et supra se eleuat quasi dum multis su-  
is virtutibus et magnis meritis quam sibi attribuit: vel  
se specialiter habere gloriam: vel sibi a deo vel propter sua  
merita data arbitratur. **Et** hec est multo periculosior  
quam vitia carnalia. **Nullum** est aliud vitium quod ita omnes  
virtutes exhaurit/cunctaque iusticia ac sanctitate ho-  
minem spoliat atque denudat quemadmodum hoc super-  
bie malum: et in virtutum laz fastigio collocatos grauissi-  
ma ruina deicere ac trucidare solet. **Sed** ut etiam  
hunc tumorem internum deprimas et ad prefatum  
humilitatis gradum ascendas / debes in omnibus vir-  
tutibus / in omni profectu / in omnibus bonis operibus ex toto cor-

de et ex sententia dicere et sentire. **N**ō ego s̄ gr̄a dei  
mecū: et gr̄a dei sum id qđ sum: et de⁹ ē qui opat̄ vel  
le et pficere p̄ bona voluntate. **I**tē diligenter cōside  
rare ppriā vilitatē: diligenter ppendere qđ bona mē  
tis tue nō sunt tua: sed dei dona et de ip̄is rōnez red  
diturus sis. **M**ala vero tua ipsa sunt tua et pu  
re mala: et ex pluribus circumstantiis grauiā z gra  
uissimis suppliciis digna. **B**ona nostra nō sunt pu  
re bona sed multipliciter impfecta. **N**egligētia tepi  
ditas: hypocrisis/ vanagloria zc. adeo sepe bona nra  
coinquinant vt et nobis parum sint meritoria z deo  
minus accepta. **I**tē debes frequenter supiores z me  
liores te attendere/ tam homines q̄ ip̄m dñm **J**esū  
xpm qui ait: **D**iscite a me qz mitis sum et hūilis cor  
de/ vt sic aliorū cōpūctione vilescas tibi metip̄i. **N**ec  
autē cū hō diutius actitauerit/ z in his diutius se ex  
ercuerit incipit seipsuz qualis est in veritate agnosce  
re. **V**erum si affectuose se in his exercuerit: et pseuer  
ranter in eis pmanerit/ extunc incipit affectum indu  
ere: vt qualem ipse se cognouit vilē: inopem zc in pri  
mo ascensu: talem etiam ūmo potius viliozem q̄ me  
liorem: nisi inde scandalum proximo oriatur: deside  
rat se ab alijs reputari quantū in ipso est. **E**t hic est  
secundus ascensus et secundus gradus humilitatis.

**T**ertius vero gradus et ascensus est cum ho  
mo per humilia exercitia et veritatis cognitionem  
talem induerit humilitatis affectum qđ etiam in ma  
gnis virtutibus et sublimibus donis non extollitur  
et nihil sibi ex ipsis blanditur: totum ei a quo omnia  
bona ua recepit/ refundens et in integrū restituens.

Talis fuit humilitas christi: talis etiam est humilitas angelorum et sanctorum in gloria.

**I**ncipit quarta pars de descensionibus spiritualibus que sunt in duplici differentia: videlicet ad seipsum et ad proximum

**Capitulū. lxiij.**

**A**udisti nunc o homo descensus quibus descendisti. Id est audisti qualiter ascensionem in corde debeas disponere et quibus exercitiis et gradibus ascendere. quomodo pro deuota oratione debeas diuinum auxilium implorare. quale quibus sis premissum recepturus. Et hec sunt illa quinque que tibi in principio proponebantur. Sed quia diuina scriptura de his ascensionibus alibi loquitur dicens: Vidit Iacob scalam erectam et angelos dei ascendentes et descendentes in ea: miraris forsitan: quomodo in his ascensionibus angeli viri utique sancti descendunt. Nam quod ascendunt non est mirandum. Quis autem hoc non absurde possit intelligi quod etiam ipsi sancti viri quod diu peregrinant / quod diu pregrauant in corpore quod corrumpitur / non ita possunt continue et indefinenter ascendere / quoniam aliquando corruptibilitatis potestate grauati deficient in ascensu / et descendant ad tempus relaxando exercitium spirituale. Alie tamen sunt descensiones utiles et ad propositum magis conuenientes / quibus etiam veri ascensores et viri spirituales interdum pro tempore ascensionem suam interrumpunt et assumunt sibi utiles descensiones. Et autem breuiter has descensiones comprehendas due sunt homini descensiones. Una que homo descendit ad seipsum. Secunda que descendit ad proximum: et hec utraque descensio est tribus gradibus subdistinguita.